

quasi interventu liminum discrimi-
nantur. Totidem promuscides ha-
bent Echini, quot in testis foraminu-
lis pertusis apparent. Sunt enim ultra
sex millia in quolibet.

Ad hunc referri potest ille, qui in
rubri maris littore semipedem latus,
prona parte planus, superiore gilvus,
paucioribus ac minus frequentibus
ipiculis praeditus a Bellonio visus
est; nec non ille maris rubri aculeis

longissimis ferrugineis, ad rubrum
vergentibus, cujus pictura Castelle-
to Genuensi debetur.

Quem in *quinto genere Rondeletius*
reposuit, saxo inhaerentem, calyce
quoque est parvo, spinis pro corpo-
ris ratione longis et duris, quo ad
urinae destillationes felicissime idem
usus est. Idem est cum Echino Ari-
stotelis, quem in *Historia Anima-*
lium describit. *Arist. H. A. l. 4. c. 5.*

ARTICVLVS V.

De Conchyliis, et quidem Bivalvibus.

PVNCTVM I.

De Conchis.

TAB. XIII.

Hactenus de Echinis, sequuntur
Conchyliia, quae vel sunt *Bival-*
via seu *διδυα*, vel *Univalvia*. Ad illa
pertinent, *Conchae*, *Chamae*, *Ostrea*,
Pectines, *Musculi*, *Mytuli*, *Tellinae*,
Balani, *Pholades*, *Solenes*, *Pinnae*: et
Aldrov. l. 3. c. 41. *Conchae anatiferae*. *Concharum* plu-
ra sunt genera, quae ad *Asperas* seu
striatas rugosasque et *Laeves* redigi
possunt.

Ex *Asperis* est 1. *Margaritifera*,
quae & *Indica*, quod apud Indos; apud
quos *βέρεβερ*, dicitur, plurima nascat-
ur, et Mater perlarum dicitur. *Athen. l. 3.* *Androstenes* apud Athenaeum in In-
diae navigatione ita describit. *Ostre-*
um aspectu pectini simile, concha
non striata sed plana, spissa, (hirsutam
Echinorum modo male Plinius red-
didit) non utrinque aurita, pec-
tinis modo, sed una tantum parte.
In ejus carne gemina concrevit, ut
in fuilla grando: modo colore adeo
similis auro, ut cum eo collata non
facile internoscatur, modo argentei
coloris, modo omnino alba, et pi-
scium oculis similis.

Differentia.

Multa earum genera Plinius re-
Plin. H. N. l. 32. c. 11. censet, cujusmodi sunt, *Pentadacty-*
li, *melicembates*, *echinophorae*, etc.
Interdum tam grandes in India re-
periuntur, ut referant inventam in
mari insulae Borneo, cujus caro pon-
dus septem et quadraginta librarum
pendebat. Sunt quaedam totae ar-
genteae: quaedam colore rubicundo
flammeo micant.

Carnes ab Indis quandoque cru-
dae, quandoque assae comeduntur.
Ex testis varia, ut cistae, pocula,
cochlearia, scipiones mulierum, et
tabulae lusoriae formantur. Indae
mulieres armillas et monilia ex illis
gestant.

De Margaritis in Historia Natu-
rali fossilium agemus.

2. *Imbricata*, seu imbricatim un-
data, sic dicta, quod testa ad unda-
rum sese attollentium similitudinem
distincta est. Graecorum vulgus
Aganon, Calojeri Arabiae *Tridac-*
nem vocant. *Aldrov. l. 3. c. 43.*

Est dura, carne concoctu difficili. Descriptio.
Quae *Tridacna* Plinio dicitur, est pe-
dalis longitudinis. Utraque testa li-
bras medicas quindecim pendebat.
Eo loco, quo sibi invicem connecte-
bantur, singulae duos digitos per
transversum crassae erant. Allata
erat Aldrovando ex rubro mari.
Tridacna dicitur, quod nonnisi tri-
bus vicibus deglutiri possit.

3. *Striata*, cui striae percurrentes
nomen dedere. Varia harum sunt ge-
nera. Albae sunt, nigricant, flave-
scunt, per ginglymum colligantur.
Est quaedam *longa*, ovi figura, testis
multum cavis, canaliculis parum
profundis. Est et *pectiniformis* tota
ex cinereo lutescens, fasciis tribus
ochreis ornata. Est et extra ferru-
ginea, intus albo, et purpureo vio-
laceo varia, in qua animans luteo,
caeruleo, et rubro varium.

Est